



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

X. Bischof Dietrich von Havelberg verkauft sechs Hufen im Dorfe Karwesees zur Dotirung eines Altars in Nauen, am 14. April 1331.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

imaginem pro colligendis oblationibus ponemus aut ab aliis poni permittemus, truncos autem tam pro parrochiali ecclesia quam capella predicta habebimus, prout ibidem esse dignoscitur hactenus observatum. Ut igitur omnia et singula etc. Actum et datum in civitate nostra predicta, 8 Id. Julii, anno domini M. CCC. XXVI.

Nach einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

**X. Bischof Dietrich von Havelberg verkauft sechs Hufen im Dorfe Karwese zur Dotirung eines Altars in Nauen, am 14. April 1331.**

In nomine domini Amen. Ad univerforum notitiam in perpetuum deducimus per presentes, quos nos Thidericus, dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, de unanimi consensu et expressa voluntate predictae ecclesie nostre prepositi et capituli iusto contractus et emptionis titulo vendidimus Nicolao de Senzeke, in Nowen residenti, sex mansos in agro ville Karwese, adjacentes duobus curiis ejusdem ville, solventes annis singulis tres choros siliginis et totidem choros ordeï in pacha, duodecim solidos in censu, triginta solidos in precaria et duodecim modios avene pro silva cum duobus colatis ibidem, solventibus duos solidos Brandenburg. denariorum, omni jure, fructu, usu, utilitate, libertate et proprietate ad dotationem unius altaris, fundati in ecclesia parrochiali civitatis Nowen ad honorem beate Catherine virginis ac martyris, pro quinquaginta una marcis cum dimidia Stendaliensis argenti, quas a nobis in parato receptas recognoscimus et conversas in utilitatem nostre ecclesie evidentem, decernentes eosdem redditus et proventus de predictis mansis annis singulis cedentes ad sacerdotem, dicti altaris ministrum, qui pro tempore fuerit, in perpetuum pertinere, de quibus nostro et successorum nostrorum nomine renunciamus sollempniter in his scriptis, ita sane, quod jus patronatus memorati altaris spectabit ad sepedictum Nicolaum de Senzeke ac suos heredes legitime progenitos ab eo, ipso quoque absque liberis decedente, ad seniorem masculum inter parentelas Ghifonis, prefecti in Nowen, et suarum sororum dicti altaris presentatio devolvetur, quibus omnibus sublatis de medio, ad dominum, superiorem jurisdictionem predictae ville Carwese habentem, omni contradictione postposita, presentatio hujusmodi pertinebit. In cujus venditionis evidens testimonium etc. Testes hujus sunt dominus Johannes de Makemutz, ecclesie nostre canonicus, magister Gerardus de Klizeke, officialis noster, Hinricus Nippene, Johannes Fuchhen de Bellin, Albanus de Konigsmarke, vasalli nostri, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Lenzeke anno domini M. CCC. XXXI, dominica, qua cantatur: Misericordias domini. Per manum domini Johannis de Kubir capellani nostri.

Nach einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

**XI. Markgraf Ludwig giebt der Stadt Nauen die Zusicherung, daß ihre herkömmliche jährliche Abgabe von 20 Mark Silber nicht erhöht werden soll, am 28. Mai 1336.**

Anno domini MCCCXXXVI. feria tertia post Trinitatem. Ludouicus etc. venientes ad nos prudentes et discreti viri Consules civitatis nostre Nowen nobis ut ipsos ipsamque civitatem circa